Marcii ad Cratum cum gente et familia sua
ivit et Bibar Suncher* abstulisse sibi videba- * ch k. l. c.
tur dominium Kayri et Babylonis. Hic vero
de scismate Saracenorum, quod post necem
plurium soldanorum factum est, sit Clarius
ut dictum est, Et post eum IIII erant potentes
viri valde, quorum II principaliores Naboiser
et Bibar Suncher** se mutuo oderant. Ter- ** ch k. l. c.
cius vocabatur Merecendals, cui primi II
invidebant oderantque. Hic se ac solda-
num ab eis quantum poterat preservabat. IIIIus
vero dictus Camelinus exitum eius tacitus
considerabant. Ceteri autem admirandi atque
officiales quantum poterant de fisco regio ~~pot~~ potāt c.
capiebant. Duo autem predicti Naboiser
et Bibar Suncher licet invicem dissiderent, suncher c.
adversus tamen Merecendal non multo post
conspiraverunt eorumque factione non so-
lum de curia, verum eciam de toto E-
gypto pulsus est cum gente sua. Pulsus
vero ad partes Safeti Ptholomayd(is) et
castri Peregrinorum se contulit obtinuitque
dominium regionis. Quibus gestis an + no f 270 verso col 2
prenotato soldanus in Trach fortalicio se tu-
tavit. Sequenti vero anno id est MCCLX de men-
se Aprili ad Cayrum et Babyloniam rediens quasi
omnes admirandos potentes et veteres destruxit
novosque instituit. Interfecit enim Bibar Suncher